

5329 in ecclesia Montis Casini.

HIC REQVIES
HILARVS
famulus XPI

Federicus apud Marinum sch. 2475 (unde mihi excerptus Rossius) et inter Gervasiana.

2 HILARVS Gerv.

5330 in claustrō Montis Casini.

X

RVBENIO VALERIO QVI VIX ANN
XXV MENSES VII DEPOSI
TVS IN PACE VII IDVS IVNIAS
5 RUBENIVS BRACCIATVS ET
LICINIA VICTORINA ♂

Bongianelli cod. Vat. 5237 f. 254 (inde Donius cod. Barb. p. 405). Nominum ratio mira est potestque suspicionem movere.

LXIV. INTERAMNA LIRENAS SVCASINA (prope S. Giorgio). Tribu Teretina.

Sequitur Interamna (sic Cicero Phil. 2, 41, 105, Livius, Velleius, index coloniarum infra citati; Ἰντεράμνον libri Diodori 19, 105, ut videtur; Ἰντεράμνιον Strabo 5, 3, 9 p. 237) cognomine Sucasina vel Lirenas (Plinius hist. n. 3, 5, 64: *Interamnates Sucasini* — sic Leid. — qui et *Lirenates*, *Interamnates Lirenates* n. 4860; *Interamnat. Liren.* n. 5197; Livius 9, 28, ubi quod optimus codex habet casu quarto *internam casinam* emendavi mus. Rhen. 8 p. 623), scilicet ut distinguatur ab Interamnis duabus aliis Nahartium, hodie Terni, et Praetuttianorum, hodie Teramo. Cives appellantur *Interamnates* (Plinius l. c.; Liv. 10, 39, 1). Eo coloniam iuris Latini deduxerunt Romani a. u. c. 442 testibus Diodoro 19, 105 et Velleio 1, 14 et Livio 9, 28 (cf. 10, 36): et *Interamnam Sucasinam ut deduceretur colonia, senati consultum factum est; sed triumviros creavere ac misere colonorum quattuor milia insequentes consules M. Valerius P. Decius.* Fuit inter colonias quae bello Hannibalico militiam detrectabant (Liv. 27, 9) et propterea poenam subiit (Liv. 27, 9). Posteriore tempore Interamna quamquam reperitur in indice coloniarum quae dicuntur (p. 234: *Interamna oppidum: muro ducta: a triumviris est munita: iter populo non debetur: ager militi metyco est adsignatus in laciniis limitibus intercisis*), vere ut reliquae coloniae Latinae municipii locum obtinuit (n. 5332. 5338. 5339. 5411) recta a *quinquennalibus* (n. 5338. 5339. 5405 cf. n. 5186) *quattuorvirisve iure dicundo* (n. 5338. 5339. 5340. 5344 cf. n. 5186. 5196. 5405. 5410. 5411), item a *praefectis* (cf. n. 5405 cum adn. et n. 5411), denique a *quaestoribus* (n. 5343. 5345).

Ordo *senatus* vocabulo utitur (n. 5338; cf. n. 5196). Sacerdotes inveniuntur *pontifices* (n. 5338. 5339 cf. n. 5186. 5411) et *seviri Augustales* (n. 5341. 5346; *sevir Interamn. et Aug.* n. 5347), in his ornatus *bissellio* et *ornamentis decurionalibus*, *functus autem oneribus decurialibus* (n. 5348). Raro tamen memoratur utpote extra vias consulares sita; nam minus proprie Livius 10, 36 (cf. c. 39 et 26, 9) Interamnam ait Latina via fuisse. In tribu *Interamnates* censi sunt Teretina (n. 5344 cet.) pariter atque Casinates.

Auctores iidem fere sunt quos adhibuimus ad Casinum et Aquinum.

Oppidum stetisse ad pontem *delle Sogne* sive *delli Sigli* dictum, ubi exiguis rivus ex agro Aquinati defluens in Lirim a sinistra incidit, quinto fere lapide tam a Casino quam ab Aquino, cum nomen comprobatur loci hodie deserti quod est *Termini* vel *Terami* (cf. Cluverius Ital. p. 1039; Gattola ad hist. abb. Casin. acc. II p. 760) tum tituli quos ibi post alios ego vidi per campos iacentes, aperte olim expositi intra moenia Interamnatum. Eodem rettuli qui innotuerunt ex pagis proximis S. Apollinare, S. Giorgio, Pignataro, item ex S. Andrea di Vallefredda. Ulterius Minturnas versus repertos quamquam et ipsos Interamnatum esse iudico, tamen separavi; repertos Piumarolae malui cum Aquino contribuere, cui vicus is propior est quam Interamnae. Nihilominus complures tam ex titulis Piumarolae repertis, in his ipsos fastos n. 5405, quam ex adseratis in museo Casinati, ut n. 5186, vere Interamnatum esse nullus dubito.

5331 [=4197] in pago S. Apollinaris ad Lirim GATT.; rep. in ruderibus Interamnae Lirinatis nunc Termine dicionis monasterii Casinensis, advecta prope oppidum S. Apollinaris et ibi adservata in hortis eiusdem monasterii HENRIQUEZ.

SOLI · IN
VICTO · COMITI
AVG · N

Gattola p. 740 n. 39; Henricus Henriquez praefectus Maritimae et Campaniae misit Muratorio 16 Oct. 1735 (inde Mur. ed. 28, 2).

Vv. divisi ad Mur. — 3 AVGENIO Gatt. improbante Mur.

5332 [=4207] *Termini in un aja avanti la masseria di Ricardo Carlomusto MASC., similiter NOT.; rep. nuper in ruderibus Interamnae hodie Pontecorvi nella nuova fabbrica del casino dei Spiridigliozi Cerro, nella contrada ponte Perischi BERG.*

Masciola:

ornamenta epistylī
..... COS ..
..... PONTIF · MAX
PATRONO · MVNICIP

Notarjanni:

ANSARVM...CO...TER....
..IC...HIRTIO PONT · MAX ·
PATRONO · MVNICIP...

F

Bergamaschi:

tri-	vas-	tri-	bu-	tri-	lar-	tri-
gly-	eu-	gly-	cra-	gly-	va	gly-
phum	lum	phum	nium	phum		phum

..... IMP · COS · TER ...
..... VIR · PONt · MAX
..... MVNICIP
INT
5
.....

Masciola ms. qui vidit; Notarjanni p. 179; Franc. Xav. Bergamaschi Pontecorvensis misit a. 1876.

'Rosa dal tempo e dall' acqua che vi cade, servendo di tavola da mangiare' MASC.